Fragmentarium



Incipit liber primus ecclesiastice historie eusebii cesariensis de greco in latinum a rufino sapiente quondam translatus.

P ERI TORUM dicunt esse medicorum ubi imminere urbibus uel regionibus uiderint generales morbos prouidere aliquod medicamenti uel poculi genus quo premuniti homines ab imminenti defendantur periculo. Quod tu nunc imitaris uenerande pater Chromati medicine exequens genus tempore quo diruptis Italie claustris a Halarico duce gothorum se pestifer morbus infudit et agros armenta uiros longe lateque uastauit populis tibi a deo commissis feralis exitii aliquod remedium querens per quod egre mentes ab imminentis mali contagione subtracte melioribus occupate studiis tenerentur. Iniungis mihi ut ecclesiasticam hystoriam quam uir eruditissimus eusebius cesariensis greco sermone conscripserat in latinum uerterem. Cuius lectione animus auditorum uinctus dum noticiam rerum gestarum auidius petit obliuionem quodammodo malorum que gerantur acciperet. A quo ego opere cum excusare me uellem utpote inferior et impar et quia in multis annis usum latini sermonis amiserim consideraui quod non absque aliquo apostolice institutionis ordine nobis ista preceperis. Nam et cum dominus aliquando esurientibus in deserto adiacentes turbis dixisset ad apostolos date eis uos manducare philippus unus ex apostolis intelligens eo magis splendescere diuine uirtutis insignia si minimorum quoque ministeriis explerentur non protulit panes eis apostolice absconditos parere sed puerulum adesse dicit habentem quinque panes et duos pisces. Que uerecundie excusans adiecit. Sed hec quid sunt inter tantos? Quo magis in angustiis opibus et desperatis clara fieret domini potentia. Sciens ergo et ille te de scribe disciplinis recordatus

A. D. 1191. — Eusebius-Rufinus. Minuscule gothique.

Trèves, Dombibliothek, Cod. 133, fol. 2r.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Planche 86 – Franz Steffens, La Paléographie Latine (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2fh6/7408/59631)